Epistola anatomica, problematica septima / Authore Johanne Henrico Graetz, ad ... Fredericum Ruyschium [With his reply] ... de pia matre, ejusque processibus.

#### Contributors

Graetz, Johannes Henricus, active 1694-1696. Ruysch, Frederik, 1638-1731.

#### **Publication/Creation**

Amstelaedami : Apud Jansonio-Waesbergios, 1724.

#### **Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/dggumwct

#### License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org

# EPISTOLA

A NATOMICA, PROBLEMATICA

X

SEPTIMA.

Authore

## JOHANNE HENRICO GRÆTZ,


Ad Virum Clarifimum

FREDERICUM RUYSCHIUM,


Med. Doct. Anatomia ac Botanices Professorem.

DE

Pia Matre, ejùsque Processibus.



AMSTELÆDAMI, Apud JANSONIO-WAESBERGIOS, 1724.



# Celeberrime & Experientissime

vir,

(3)

### Fautor astumatissime.



We Nominis Tui celeberrimi fama mihi adhuc in Germania degenti tuum in Anatomicis indefeffum studium, atque inventorum præstantiam patefecerat, animum meum fimul occupaverat totum, ut abhinc nihil magis in votis habuerim, quam ut ea mihi olim contingeret felicitas, ut affiduis, quos pro cognitione Anatomica amplianda fuscipis, laboribus ipse adessem præsens. Huic ve-

ro votorum meorum fummæ felicem jam refpondere eventum, fummo meo emolumento experior, eoque nomine lætor quam maxime. Ab eo enim tempore, quo hisce traditus terris exoptatisfimam primo nactus fui occasionem me Tibi commendandi, adeo pronum statim tuum in me affectum deprehendi, ut citius me beneficiis innumeris à Te cumulatum, iisque tantum non obrutum sentirem, quam plenarium tuum favorem demereri(fi unquam illi demerendo par fit virium mearum tenuitas)allaboraffem.Quippe non folum nitidiffimis tuis demonstrationibus me interesse voluisti, neque uberrimam mihi copiam, propriis viribus in cadaveribus humanis fecandis aliquid moliendi, dedisse fatis favoris & beneficii Tibi vi. fum fuit, sed, qui est pronissimus tuus studiis meis interviendi animus, patentissimum mihi ad ædes tuas & Museum Anatomicum conceffisti aditum.

Atque in hoc quidem admiss, quoties oculorum aciem figo vel in sceletorum eburneam albedinem; vel intueor accuratius cadaverum, feliciffimo Balfamationis invento corruptioni exemptorum. vivaciflimum colorem & obsequiosam flexibilitatem ;vel dum confidero vafa cujusvis visceris sanguinea ad minutillimos usque & microscopiis tantum obvios ramos singulari artificio repleta & extricata; vel adípicio corda humana, vaforum fuorum coronariorum rep-A 2 tatu

#### Epistola Anatomica, Problematica

tatu in apricum posito superbientia, & Aortæ diramificationis viva imagine Authoribus nonnullis errorem, quem in ea delineanda commiserunt, enormem exprobrantia; vel, verbo denique, contemplor totum Microcos mum, quoad singula sua membra stupenda certe arte & immenso labore e xplicatum, toties lynceos mihi oculos, illis naturæ arcanis lustrandis solum sufficientes, denegatos esse sufficientes mopere doleo. Spirant hæc omnia encheiris prorfus singulares & tantum non omnes Anatomicorum artes antecellentes, spectatoremque ingenuum in summam rapiunt admirationem, ringente licet malevolorum turba, quæ, cum hæc captu suo & artibus non assente licet tur, theonino rodit dente, vanidaque iræ & invidiæ tela in ea jaculatur.

Non fane cuncta hæc dignis profequi encomiis in me fuscipiam; opus enim molirer, cui ferendo humeros meos omnino impares agnosco, eoque magis laudibus illis supersedeo, cum inter raras animi tui dotes non ultimum locum modestiam occupare, illamque hisce facile offendi probesciam. Quin potius mea in scribendo iterata audacia excusanda mihi venit. Veniam itaque des, quæso, flagranti meo sciendi desiderio & justæ curiostati, qua tua ad primas meas litteras responsione, humanitatis, favoris & eruditionis plena nondum in totum contentus, tuos rursus interpellare labores, tuamque clariorem informationem efflagitare ausus sum.

Cum enim nuper inter rariora tua præparata oculis meis fubjiceres Piam meningem, quam tua folertia adeo accurate & circumspecte ex omnibus Cerebri & Cerebelli plicis & anfractibus protraxerat & feparaverat, ut curiofo prorfus spectaculo rugositates ejus superficiei interioris apparerent, miratus fum Authorum in illis inveftigandis incuriam. Galenum, Vefalium, Riolanum, Veflingium, Bartholinum, Diemerbroekium, Willisium, Vieussens, uno verbo omnes tam recentiores quam veteres fi evolvat quis, altum omnino apud illos reperiet filentium de vero infinuationis piæ matris in fubftantiam cerebri modo & facie. Neque in ipfis Tabulis Anatomicis D. Bidloi, exquibus tamen frustra multa fibi hactenus promiserunt plurimi, aliquid, quod ab aliis inculcatum fæpius non fuerit, deprehendi; ficco enim plane pede præterit ipfe Author ea, quæ alii circa hanc materiam tacent, quæque Tua demum, Vir Celeberrime, nobis oftendit industria. Cujus quidem omnimodi omnium Authorum filentii rationem suppeditat ipsa illa hujus Meningis, secundum Willisium, Vieussens, iplamque Autopliam, profunda in cunctos cerebri

cerebri & cerebelli anfractus infinuatio atque immerfio, ex quibus illam extrahere hactenus omnibus difficile, fi non impoffibile, *Willifio* vero Anatom. Cerebri Cap. VII. in cerebro bruti hominisque hydrope defuncti tantum opus poffibile vifum fuit.

Maxime igitur tuæ confules famæ, Vir Celeberrime, & eruditorum fatisfacies curiofitati, si veram illam piæ Meningis tam cerebri quam cerebelli interstitia intrantis superficiem internam ejusque faciem & constitutionem depictam & explicatam exhibeas.

Servet interim Te, Maximum rei Anatomicæ Ornamentum, Divinum Numen cum Dilectiflimo & unico Filio, virtutum Paternarum strenuo æmulo & laborum tuorum socio afsiduo, sospitem & incolumem ad seros usque annos, quo Vestris auspiciis abscondita Microcosmi mysteria patesiant. Ita animitus sovet

e des energie ferme d'an , a chainmille a colonna a

avoit bune brock and real and real and a state

Celeberrimi Tui Nominis

Dab. è Mufeo Amftel. die 6 Septemb. A. 1696.

fiant.

Cultor perpetuus, observantissimus.

## JOHANNES HENRICUS GRÆTZ.

eminino corrar, videne co magis, cum non folorna a noc of alloran genus fed & olara alla realdenda e lador tous & findramune ola gent Verebranteni, Experienti fina Vityeofaec cerebri & c. c.

verta ab ils, quie ab abis haud infinitub olli Authombustradita funt. Hec autem Tuse humanitati reliquenda funt, cui fatis faperque conflut de multifariis meis occupationibus & indefesio tradicis

Cerebrum & Cerebello, quoad fuperficiei externas figuram multum

ravit: Cerebrum enim firicite dictum variis circumvesusonicaus complicatur, quibus intettina mefenterio colligate, aut lach s Pifeit Mell? in ajorité muisri verè dixeris. Cerebelli vero fub-

# (6) 9 9 9 FREDERICI RUYSCHII RESPONSIO,

Ad Virum Expertissimum

D. JOHANNEM HENRICUM GRÆTZ. In Epistolam ejus Anatomicam, Problematicam, de pia matre, ejusque processibus.

Experientissime Vir,



FRE.

Man Ræter animum fludiis meis addictiffimum, tuam pariter in exarandis litteris promptitudinem fingularem, exEpistola vi. Septembr. mihi tradita in-tellexi. Vix enim mea ad primam tuam Responsio orbi erudito exposita fuit, quin mox denuo nova me & multo graviori petitione ad alia officia præstanda sollicitare volueris. Fateor equidem ultimum tuum desiderium adeo æquum esse at-

que humanum, ut morem ipsi gerere, petitisque tuis obtemperare omnino cogar, idque eo magis, cum non folum ad hoc officiorum genus fed & plura alia reddenda candor tuus & ftudium me obligent. Vereorautem, Experientisfime Vir, ne, hoc cerebri & cerebelli tegmine à me exhibito, cerebrum ipfum curiofitas tua fit arreptura, cum circa illud plurima à me videris demonstrata, prorsus diversa ab iis, quæ ab aliis haud infimi subsellii Authoribus tradita funt. Hæc autem Tuæ humanitati reliquenda funt, cui fatis fuperque constat de multifariis meis occupationibus & indefesso eruditis inferviendi studio.

Cerebrum à Cerebello, quoad superficiei externæ figuram multum differre, nemo ignorat, qui vel Anatomiam è limine tantum falutavit : Cerebrum enim stricte dictum variis circumvolutionibus complicatur, quibus intestina mesenterio colligata, aut lactes Pifcis Afelli majoris æmulari verè dixeris. Cerebelli vero fubftan\_

#### Frederici Ruyschii Responsio.

ftantiam parte exteriore tanquam è lamellis fibi invicem appofitis & adfitis conflitutam esse, ab aliis jamdum ad nauseam usque inculcatum esse. Tenuem meningem inter cerebri & cerebelli interstitia sesse infinuare, Te quidem recte monente, tritum quoque esse, modus vero, quo hoc sieri crediderunt & scripserunt hactenus Authores, autopsiæ nullatenus congruus est.

Non enim existimandum, tali hoc fieri ritu, quali omentum inter circumvolutiones intestinorum demergitur, aut linteum, quod varios in finulos intruditur à nobis. Quippe illorum sic fane imminuitur longitudo & latitudo, quod tamen nullatenus in pia meninge obtinere, accuratius attendenti manifeste apparebit. Clarifsime hoc patet exeo, quod post separationem caute à cerebro & cerebello factam illius magnitudo & extensio non augeatur, quantumvis in anfractus se infinuaverit, nisi ab undiquaque parte nexus illi fibrarum & vasorum ope facti sus fus pana to sus and to sus a sus a sus and to sus a sus

Videtur itaque mihi dicta *Pia Meninx* in omnes fulcos & anfranctus proceifus quosdam demittere, fimilem fere in modum, ac è duræ matris duplicatura proceflus falciformis, finui longitudinali fubjectus emergit, ita ut tot *Pia Mater* producat proceflus, quot reperiantur anfractus, eosque figura non quidem falciformes, fed ferpentino ductu repentes, quemadmodum repræfentat Tab 8. Fig. 4.

In Cerebelli interstitia verò pari modo immergitur *Pia Meninx*, tot processibus falciformibus, quot extant sulci seu anfractus, ablataque illa & separata jucundo omnino spectaculo exhibet Capitis papaveris albi loculamenta, ut videre est, Tab. 8. Fig. 1. & 2.

Plura ut hac vice addam, fubftrata materia, temporisque penuria haud permittunt. Valere interim Te, vir Experientisfime, exanimo precor:

serer. l'offrence quoque ablervandare in hac tertia figura, portionem plas

FIG. QUARTA

Turs omni fudio & affettu

Amstelod. Ao. 1696. d. 28. Septembr.

Portionem piec Marris (A) cerebrum invelticants, curs precediibus fais (EUHDEY UR EUTRACARTAL AT dible infinancibus, & ferpenants defta repentibus, demonstrat. Per hane anamerez Arterita (C), viluntur difpersiz, A Tutem multis numeris plates in fubjecto izfo.

# TABULA OCTAVA.

Q Uatuor comprehendit Figuras, quarum PRIMA Piam Matrem, (A) Cerebellum amicientem repræfentat, idque è corpore juvenili; in ea tot nobis occurrunt proceffus falciformes (C) quot reperiuntur anfractus in cerebello. Tota hæc membrana àCerebello feparata liquori innatabat cum delinearetur; quod ideò factum, ut proceffuum numerus eò diffinctius oculos incurreret : confiderandum ulterius hofce proceffus ab alluente liquore, cui innatabant, figuram falciformem non retinuiffe, quod ideò figura SECUN-DA indigitat. Vafa Arteriofa adeò numerofa par hanc membranam funt difperfa, ut, fi omnia hic repræfentaffem, proceffus falciformes prorfus obliteraffem, ea propter ramulos duntaxat aliquot (B) à latere adjeci. D Indigitat breviffimas, tenuiflimas & numerofiffimas arteriolas è piæ matris facie interiore prodeuntes & fpeciem mufci referentes, quod à nullo Anatomico hactenus obfervatum.

#### FIG. SECUNDA.

Unum ex processibus falciformibus piæ matris, cerebellum investientis demonstrat, in eo quoque vasculorum reptatus considerabilis ostenditur.

#### FIG. TERTIA.

nerflisia vero pari modo, in

Piæ Matris cerebrum investientis portionem cum suis Arteriolis exhibet, ubi notandum, processus piæ matris, cerebrum investientis, haud obtinere figuram falciformem, prout in cerebelli pia matre, verum enimverò serpentino modo repentem; à nexibus autem fibrosis & vasculosis dissoluta est hæc piæ matris portio, & in planum expansa, ut vasorum reptatus exactissime pateret. Postremò quoque observandum in hac tertia figura, portionem piæ matris repræsentante, membranositatem minus à sculptore esseressam, id quod studio factum, ne arteriolæ obliterarentur.

#### FIG. QUARTA.

A 13 Secondry

Portionem piæ Matris (A) cerebrum investientis, cum processibus suis (B. B) inter circumvolutiones cerebris se infinuantibus, & ferpentino ductu repentibus, demonstrat. Per hanc innumeræ Arteriæ (C) visuntur dispersæ, sunt autem multis numeris plures in subjecto ipso.



